Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Levi

peccatis uris coram domino mun
dabunt. Sabbatum eiu requiei
oms est. et affligetis animas uras.
religione perpetua. Expiabit autem
sacerdos qui unctus fuerit. et cuius in
ficiatur manus ut sacerdotio fungatur pro patre suo. induetur que sto
la linea et uestibus sanctis. et expi
abit sanctuarium et tabuaculum testimo
nii atque altare. Sacerdotes quoque
et uniuersum plebem erit que hoc uobis
legitimum sempiternum ut oretis pro fi
lius israel. et pro cunctis peccatis eorum
semel in anno. Fecit ergo sicut pre
cepit dominus moysi. XVII

Et locutus est dominus ad
moysen dicens. Loquere
ad aaron et filios eius. et cun
ctis filius israhel et dices ad eos. Iste
est sermo quem mandauit dominus
dicens. Homo quilibet de filius israel.
si occiderit bouem uel ouem. siue ca
pram in castris uel extra castra. et
non obtulerit ad hostium tabuaculi
oblationem domino. sanguinis reus e
rit. quasi sanguinem fuderit. sic peri
bit de medio populi sui. Et ideo offerre
debent sacerdoti. filii israel hostias su
as. quas occidunt in agro. ut sanc
tificent domino. ante hostium tab
naculi testimonii. et immolabit eas
hostias pacificas domino. fundetque
sacerdos de sanguine suo altare do
mini. ad hostium tabuaculi testimo
nii. et adolebit adipem in odorem
suauitatis domino. et nequaquam im
molabunt hostias suas demonibus
cum quibus fornicati sunt. legiti
mum sempiternum erit illis. et posteris
eorum. Et ad ipsos dices. Homo de
domo israel. et de aduenis qui pere
grinantur inter uos. si comedit san
guinem. ob firmado faciem meam
contra animam illius. et disperdam
eam de populo suo. quia anima carnis
in sanguine est. et ego dedi illum
uobis super altare meum expiatis
pectoribus uris. et sanguis pro anime
piaculo fit. Idcirco dixi filius israel.
Omnis anima ex uobis non comedet
sanguinem. nec ex aduenis qui pe
grinantur inter uos. homo quicque
de filius israel. et de aduenis qui pere
grinantur apud uos. si venatione
siue aucupio ceperit ferram l auem.
quibus uelut hatum fundat sangu
inem eius. et operiat illum terra. am
ma enim omnis carnis in sanguine
est. Unde dixi filius israel. Sanguinem omnis carnis non comedetis.
quia anima carnis in sanguine est.
et quicumque comederit illum inte
ribit. Anima que comederit mor
tuum. uel capum a bestia. tam de
indigenis quam de aduenis. lauabit uestes suas. et semet ipsum aqua.
et contaminatus erit usque ad uespe
et hoc ordine mundus fiet. Quod
si non lauerit uestimenta sua. et
corpus. portabit iniquitatem suam.

Locutus que XVIII
est dominus ad moysen
dicens. Loquere filius israel
et dices ad eos. Ego sum domin
deus uester. Iuxta consuetudinem
terre egypti in qua habitastis. non
facietis. et iuxta morem regionis
canaan in qua ego introduc
turus sum uos. non agetis. nec
legitimis eorum ambulabitis.